

Gottlob Friedrich Seligmann


Ea, sine quibus Exercitium Concionatorium vix commode potest suscipi

Lipsiæ: Impensis viduæ Davidis Fleischeri, MDCCX.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1014942098>

Druck Freier  Zugang





110
110
110

Alphand ...

Contenta:

- I. Grapii Orator Ecclesiasticus.
- II. Kayzerii Hodegeticum.
- III. Praecepta Homiletica.
- IV. D. S. F. S. Ca. sine qly Exercitium Oratoriū
vij. commode suscipi potē.
- V. Gräfenii Praecepta Hodegetica de Resolū-
tione Logica et diffinitione natū.

KB NB 0173.1-5



Gregorius M.
Pensitare debet, quid loquatur, cui loquatur,
quando loquatur, et qualiter loquatur, et qualiter
loquatur. Si enim sumus hostes deperit, locutio apta
non erit.

M: Voss:
Kirch. Megapol:
A^o. 1710. d. 6. octob.
Sed: 13 fl.



Nr. 97.

Præparat
N. 97.

Q
E
II
E

IN

Z



Im



4
D. F. G!

EA,

sine quibus

**EXERCITIUM
CONCIONA-
TORIUM**

vix commode potest suscipi,

*In his paginis breviter, ac clare com-
prehensa*

Suis Dnn. Auditoribus

O.

D. G. F. S.



Editio quarta

LIPSIAE,

Impensis viduae DAVIDIS FLEISCHERI.


ANNO M DCC X.



Regional-
bibliothek
Neubrandenburg

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1014942098/phys_0005

DFG



Caussin. Præfat. in Libr.

de

Eloquent. Sacr. & Hum.

MOyses disertus
Mensebatur impri-
miseâ, quâ florent ho-
mines, eloquentiâ:
sed postquam cum
Deo sermones misce-
re cœpit, juxta divi-
nam eloquentiam &
sapientiam sibi visus
est omnium propè in-
fantissimus.

A 2

Q.





Q. F. S.

Ad

Honoratiss. DNN. Auditores S.

Autor.

Est inter requisita boni Concionatoris, præter Pietatem, primarium quoque *ἰναὐτοῦς*; quæ omnem cum confundat istorum temeritatem, quibus, recitare ex postillis homilias, non absque imitatione errorum nonnunquam in iis reperiendorum, vid. B. Dannh. Theol. Consc. Vol. 1. p. 1015. concionari est) eo quemque eniti jubet, ut de quolibet textu (*sermone sacro ad populum Deo colligendum conservandumve*) enucleando ita discat loqui, ne, à sensu ipso deficiens, *effundere* (hæc Bernardi vox) *non infusa* deprehendatur; Ver-



Verbo: ut proprio quisque Marte concionem elaborare, nec absque ordine & decore elaborare, sciat, id illa, etiam ab Apostolo (2. Timoth. 2, 2.) injuncta, postulat *ἡσυχίας*. Quam enim infelicitate ad fabulas tandem pervenerint ac nugas *Doctores Legis, non intelligentes; quid loquerentur*, quandoquidem ex eodem Apostolo (1. Tim. 1, 7,) cognoscimus, ideo aptum ad docendum dicere haud poterimus quenquam, nisi, uti, in Textuum exegeti, ita proponendi, quoque ordine ac modo, saltem sic satis, versatum perspiciamus. Atque huc redit (vid. infr. §. 2.) quicquid in Homiletico studio venit exercendum, cujus cum summam necessitatem summi viderent Theologi (exposuit B. Hülsem. præfat. Orat. Eccles.) ad proponendam quoque certam concionum Methodum mentem adplicuere. Numerum ingentem inquit *B. Carpzovius*, abs quo editum veneratur sacer Eruditorum coetus *Hodegeticum*; idque, postquam insuper à *celebratiss. Filio* monitis, variationem spectantibus.

auctum est, ante alia omnia, in hoc labore perfungendo itidem occupata, meretur commendari. Neque nunc ego quidquam meditor, quod præ illo obtrusum Vobis velim, o Mei, ad quos hæc chartæ tendunt, debeo ipse, non absque decentissimis gratiis, Carpzovianæ Manductioni, quæcumque hætenus a me sperastis speratisve in posterum. Interim ad hæc quidem conscribenda, ubi primum apud Rostochiensis in Homileticis distinerer, partim defectus exemplarium Carpzovianorum, partim Dni Auditorum desideria me impulere, quibus deferre in quibusvis pro virili laborabam. Sensi tamen subinde & in dictando quædam & in scribendo incommoda, quæ inter, si non aliud, iactura certe temporis eminent; cui consulere per typorum adminiculum placebat. Hinc breves quidem, scopo tamen nostro non impares videtis natas, habebitis & hic loci dicatas Vobis maxime, istas paginas; faxit Deus feliciter! ejus ductu ad rem ipsam accingimur, per aliquot paragraphorum numerum finiendam. §. I.

§. 1.

Prætermisſis, quæ circa conceionam
 Constitutionem generatim ſolent conge-
 ri, de *materia*, ſaltim in antecellum, vel
 tribus monemus, ipſam, non niſi *Bibli-*
cum (ex Can. concil. Laod. 20.) ſote *tex-*
tum, Conf. Dannh. c. I. p. 1014.) eun-
 demque adæquatam concioni) ne vel ex-
 cedat verborum qvantitas vel deficiat;) &
 certis ſ. dominicis ſ. feſtis; ſi aligatus
 ſit, *ſtatim*, ſi ab arbitrio Conceionatoris
 deſtinetur, *electum*, vocari; in qvo po-
 ſteriori *tempus*, *locus*, *perſona* &c: negli-
 gantur, præſcriptæ paſſim hortantur cau-
 telæ. (vid. B. Hülf. Orat. Eccl. Prof. §. 5.)
 Ablego in his, ut & reliquis ad Concio-
 nem ſpectantibus, ad B. D. Hartmanni
 Paſtorale, Librumque ejusd. III. in qvo
 multis diſtinctis Capp. de offic. homilet.
 in gen. de iis, quæ ante concion. quæ in
 elaborat. Concion. in Exord. Propos. &c.
 obſervanda ſunt, diſtincte agit, unde
 ipſum in omnibus etiam hic ſubſequenti-
 bus conſultum velim.

§. 2.

Quod autem, in quo nobis potissimum
desudandum, duobus absolvitur, quæ
probe advertenda habet concionaturus;
atque alterum quidem ad *notitiam tex-
tus*, ut sic dicam, *naturalem*, (investiga-
re jubens *Objectum*, *Genus*, *speciem*, *ar-
gumenta*, nec non *Thema*, ex istis judi-
candum:) alterum ad *artificium circa
Textum* in proponendi & eloqvendi ra-
tione (vultque attendi *methodum*, ob-
servari *parium catenam*, inquiri *inven-
tionem*, colligi *ornatum*) meditationes
ejus provocat. Utrumque ubi (dicto
ordine) cum cura per lustraveris, nihil
senties ad conficiendam rite concionem
desse.

§. 3.

Quod igitur *objectum* attinet, sunt id,
(ut brevissimis edisseram) tum *articuli
fidei* Christianæ in genere & in specie
justificantis, tum *Christiani hominis mo-
res* s. virtuosi s. vitiosi; tum denique *af-
flictiones* in via ad cælum nobis obveni-
entes. (v. B. Hulfem, Orat. c. 2. a §. 7.
usque

usque ad 1.) Quicquid enim in Scripturis legimus, ad aliquam horum jam allatorum classem reduci potest, imo debet.

§. 4.

Testantur idem, quæ objectum excipiunt (hausta ex 2. Tim 3, 16. & Rom. 15, 4. ab Oratorib. Ecclesiasticis) *dicendi genera*. Nam horum licet referantur *quinque* haut tamen versantur circa plura, quam de Objecto recensita sunt. Nimirum fidei (s. historicæ s. fiducialis) articulos *definit & inculcat Genus Didascalicum*; quos *Elenchiticum defendit & adversa dogmata refutat*: In moribus, si *boni sint, commendandis ac insnuandis si mali sint, taxandis ac dissuadendis* distingnetur *Pædæviticum*; cum *hos admissos in Auditoribus vehementius reprehendat Epanorthoticum*; *afflictionibus vero ac malis Paraclericum opponit solatia*.

§. 5.

Atque hæc quidem dicendi genera eo lubentius amplectimur, quo certius, in Sacris præcipue, Spiritus S. ductum sequi præstat, quam hominum inventis dicta

mina DEI adstringere Tametsi etenim sint, qui in his usus & adplicationes, non ipsa genera quærenda esse putent, facile iis nihilominus satisfacit, si distinguamus *formalem* (e. g. doctrinæ, elenchi, pædiæ &c.) *in textu situm, a fluente è textu, doctrinali, elenctica, pædevtica &c.) conclusionem.* Per illum illa quinque, quæ adduximus, sunt genera dicendi; per hanc eadem sunt consuetudines: illic unum seorsim alterumve observatur; hic omnium requiritur concursus. (vid. B. Carpzov. Hodieg. M. 1. Aph. 7.) Profana autem genera nec hodie sibi satis apud omnes constant Rhetores, nec exhauriunt, citra torturam certe, Scripturæ textus (vid. B. Carpzov. c. 1. Aph. 3. §. 1.) relinqvantur ergo profanis.

§. 6.

Pergimus ad species, quas modos dicimus varios, quæ genera s. exprimuntur s. determinantur. Suntque in Didacticis narrationes, testificationes, vaticinia &c. in Elencticis accusationes, defensiones, expostulationes, negationes &c.

Ec. in Paedeviticis laudes, svasiones, dis-
svasiones, adhortationes, debortationes
Ec. in Epanorthoticis imprecationes,
comminationes, devotiones Ec. in Para-
cleticis sympathia, querela, erectiones
Ec. Aliquas (a B. Hul. loc. in §. 3. al-
leg. allatas) omisimus, ut suppeterent
rei hujus declarationi exempla: sic enim
Ezech. 33, 11. (si verba solum illa, quæ
Domino displicere impiorum mortem
testantur, tractare velis & exponere)
docens DEUS ipse, quæ sit erga homines
peccaminosos mente, suamque hanc do-
ctrinam juramento confirmans, speciem
nobis quandam generis didascalici of-
fert, quæ est Aseveratio. Pariter Jo-
hannes (Job. 1, 29.) Messix adventum
extra dubium omne positurus, Jesum
nostrum digitis monstrans, hic est, dixit,
Agnus DEI, eoque hujus doctrina suæ
speciem exhibet demonstrationem: quem-
admodum alibi (Matth. V. à v. 20.) is,
quem commonstraverat Johannes, Sal-
vator videlicet Noster opt. Pharisæis er-
roneas legum interpretationes, expro-
A 6
brans,

brans, hoc ipso facto *elenchi* sui (nam & arguit eos & refutat) speciem dedit *exprobrationem*: *excitans*que idem (Joh. V. 39.) præsentem cœtum ad scripturæ Lektionem, aut hanc in iis commendans *Pædiæ* hujus suæ speciem reliquit *excitationem ac commendationem*. Petrus autem (Act. V. a v. 3. & Act. VIII. 20.) in avaritiam Ananiæ & Sapphiræ, nec non oblatam a Simone pro donis Spiritus S. pecuniam invehens, *Epanorthosin* istam per *severius vituperium ac maledictionem*: velut Jacobus suam *Paraclesin*, calamitatibus hujus vitæ (cap. 1. 12.) oppositam, per *promissionem felicitatis* futuræ, determinavit &c. Et ita porro hoc quicquid est, deduci posset; sed uti ex dictis arbitror patere, quæ velim; ita de *exprobratione* noto, eam, si *doctrinam* spectet, esse generis *Elenchtici*, si *mores & vitia*, generis *Epanorthotici*: de *vituperis & comminationibus*, si cum insigni *vehementis* non conjungantur nec tangant *vitia*, in *præsentibus Auditoribus* satis conspicua, etiam ad genus *pædeviticum*.

cum referri posse: de *promissionibus* denique, si proponantur citra oppositum quoddam infortunium, & involvant saltem credendam rem, tum *didascaliam* agnoscere genus: quæ omnia, ne confusio oriatur, notanda probe sunt.

§. 7.

Sequuntur *Argumenta*; per quæ textus deducitur: eaque vel *explicantia* (circumstantiæ scilicet, vulgari versiculo comprehensæ: *Quis? Quid? Ubi? &c.* Inter quas eminet (1.) *Quis?* s. *subjectum* aut *subjecti* potius, (quibus id in textu proxime videtur vel vestitum vel vestiendam) *conditiones* (2.) *Quid?* s. *Objectum*, cui circumstantiæ cæteræ adplicandæ (3.) *Quamodo?* s. *actionis forma*, quæ ex antecedentibus ac concomitantibus dijudicari solet: Nam ad hæc tres, reliquas nisi narrationes historicæ interdum aliud velint, in partitione concionum reducere oportet) vel *probantia* (i. e. *medi termini*, quibus sententiæ in textu adfertæ stabiliuntur; atque de his *genus quodvis* tribuit *aliqua sibi propria*,

toto Cap. III. Orat. B. Hulf. deducta, ad quem ablegamus, ne hic exscribenda sint denotio, quæ ibidem declarata affatim leguntur) vel *illustrantia* (i. e. figuræ & rationes eloquendi Rhetorum, quas exhibet, cautelasque non aspernandas circa testimonia, exempla, similia &c. suggerit B. Carpz. Hod. Memb. I. Aph. 6.) Hæc & *in illis* & *in istis* locum inveniunt; omnia vero *aut manifeste leguntur in textu*, aut *ex eodem* collatione antecedentium consequentiumque *eruntur*: distinguunturque præterea in *insita* (s. ipsius Textus) & *aliunde assumenda* (s. fontium genericorum;) è quibus *insita* prius, dein *ascititia* (& ex his Textui viciniora) attendenda. Qui quælibet argumentorum sedulo colligens probe distinxerit, dimidium experietur in elaboratione laborem (vid. Autores huic rei aptos in B. Carpz. Hodeg. Memb. I. Aph. 5. §. 5. Item de Locis comm. secundum hætenus dicta conficiendis vid. B. Hulf. Orat. c. 5.)

§. 8.

Ex Argumentis, præter illam, cujus, modo meminimus, utilitatem, etiam ea haberi potest, quod *discrimen Thematum* suppeditent. Notissima vero est divisio Thematis in *simplex & compositum*; Ad Illud, cum nihil quærat, nec affirmative responderi potest, nec negative; hoc, quæstionem in se continens, vel affirmari valet vel negari, ita communiter delineantur. At enim, postquam sæpius conquestos apud me novi nonnullos, *νεργειον* istud non satis patere sibi (quod etiam de Themate simplici non raro videatur formanda quæstio, quam responsio haud difficulter sequatur, credidi hoc *axiomate* (quod quidem eodem pene recidit, sed clarius desideratum sensum, ut puto, eloquitur,) me rem expediturum: In quocunque textu inveniuntur *formaliter probantia* (id est, ab ipso scriptore Sacro sub formali mediorem, terminorum adhibitæ rationes) ille *complectitur thema compositum*: In quocunque vero *explicantiâ salim* (rerum ut talia) *reperiuntur,*

untur, in illo est *Thema simplex*. Ita vero in omni genere, præter didascalicum, erunt *Themata composita*, cum omne aut aliquid refutandum aut svadendum dissvadendumve aut vehementius taxandum &c. habeat; solum didascalicum partim *Themata conjuncta*, articulos fidei scil. probandos, partim simplicia habet, circa quæ natura rerum credendarum explicatur. Nolim autem confund textus particulas cum textu toto, potest siquidem interdum aliqua circumstantia &c. quodpiam argumentum probans admittere, à qua tamen ad totum concludere non licet textum, uti vel ex instantis fest. D. Paulo & Petro sacri Evangel. Matth. 16, v. 16. 17. evidenter clarescit.

S. 9

Tot sunt, quæ prima Concionatoris industria investigari debent. *Media*, quibus hoc operis omne perficitur feliciter, *Analyses sunt* (1.) *Grammatica*, quæ vocum Phrasiumque emphases præcipue enucleat, & hac fini parallelismos vocum

eum æque ac rerum scrutatur, neque vel ullum, quantum fieri potest, præmittit syncategorema; quandoquidem copulativa etiam: ET, sæpius non illustrat tantum sed plane exponit sensum, si, ut fas est, attendatur (exempl. dabit, Pl. 3. v. 6. cæterum qui hanc rem declarant distinctiones Theol. docere poterit exempl. B. Carpzov. sub fin. p. 47.) (2.)

Logica. quæ singularum vocum & periodorum connexionem aut disjunctionem dijudicat, inde argumentatur & concludit, atque isthac via tumdiu progreditur, donec sub specie & objecto, tanquam constituentibus propositionem naturalem, omnia textus membra accurate conspiciat digesta (exempli loco sit dictum ex Psal. 14. 7. in subnexis Beat. Carpzov. Hodeg. monitis resolutum.)

(3.) *Rhetorica*, quæ omnes amplificandi fontes circa vocem quamvis dispicit, atque suam symbolam ad affectus quoque movendos (de quibus peculiarem habet Aphor. Membri 1. videl. nonum B. Carpz.) per tropos & figuras, imprimis per exaggerationes, exclamationes (lege B. Carpz. alleg.

alleg. loc. item B. Hilsup. 172. & 177.)
 confert ; obtinetque his admini-
 culis, sed præter scripturæ impul-
 sum non adhibitis, *ut nihil Oratore*
SACRO admirabilis dici, nihil divinius
 queat, *qui non modo affectuum quasi ven-*
torum habenas dare norit, & restringere:
Verum ipsis pene tonitruis & fulguribus
amplo quidem illo & terribili satellitio cir-
cumvallatus stipatusque esse videatur,
 sunt *Cassini* (de Eloqv. sacra & Hum. L.
 8. c. 1.) verba; ex quo ipso & ampliora de
 affectibus haurire licebit non infelicitè.

S. 10.

His modis & mediis in *naturalem* pe-
 netramus *textus* *notitiam* (vid. S. 2.)
 Theoretice dictorum praxin demonstra-
 bit exemplum aliquod in Sciagraphia sub
 finem. Nunc Regulæ saltim generalis
 loco, hoc monitum sub jicio curæ con-
 cionatoris primæ: *Haud ante cogitan-*
dum esse de ullo labore alio, qui artificium
sapiat, quam Genus fuerit speciesve ex
objectis, hujus que tractandi modo, The-
ma ex argumentis distinctè cognitum.
 Sic.

Sicque constituo *normam* ferme *primariam* *Objectum*, quod hocce primum fere ac facillime se obserat, & num è credendum sit, num faciendorum omittendorum *ve*, num denique è molliendorum censu (modo rite evolvatur, neve confundatur secundarium cum principali &c.) sponte velut sua ipsum de se manifestat: adjicio tamen *tractandi modum*; quod *Elenchus* à *Didascalica*. *Epanorthosis* (de hac tamen vide etiam specialiorum ratione objecti differentiam §. 4. & 6.) à *Pædia* aut saltim aut multum per eundem distinguantur; taceo, objecta etiam motalia s. Virtutes &c. nonnunquam tractari posse *Didascalice*, si explicentur per attributa, quanquam hoc rarius fiat, (vid. B-Hull. c. I. §. 13. p. 17. suppetit tamen exemplum in *Epist. Domn. Quinquages. ex I. Cor. 13.*) De *argumentis* jam supra dictum (§. 8.) ampliora aperiet exercitium.

§. II.

Transimus a *natura ad artem*, à sensu & mente *Spiritus S.* indagata, ad *disposi-*
sitio-

sationem nostrarum meditationum, ut, qui & ea commode sit instituenda, discamus. Ubi sciendum confestim, licere per artem nobis ad naturam quandoque accedere propius, quando res eo ordine exhibetur, quem in Textu naturalem invenit Logica Analysis, idque citra schemata quodpiam aut allegoricum velamentum: nam artificium specialius ita dictum, aut ordinem, non tamen violenter, mutat, aut schemate (quod velando tamen revelet rem nitidius, nec careat in scripturis fundamine) utitur. Illa etiam dispositio à naturali textus constitutione, abs qua non recedit, naturalis vocatur; hæc vero, quæ sibi aliquantum suæve inventioni indulget, artificialis audit in specie, cujus utriusque rationem monita Magnif. Carpz. F. adcuratissime expouunt.

§. 12.

Interim præcipue hoc attendendum venit: utramque etiam (& naturalem & artificialem) in utraque methodo (& Analytica & Synthetica) obtinere. Nam quan-

quando *Analysis* nihil proponit aliud, nisi quod formaliter in textu est, gratiam saepe quærit in artificio: & quando *Synthesis* id enucleat, quod consequenter est in textu, quam eleganter ex hoc fluat thema propositum, per observatum textus naturalem ordinem, non raro demonstrare adnititur. Estque hoc ipsum eo curatius advertendum, quo frequentior illorum error, qui omne artificium habent pro *Synthesi*, Nimirum non à dispositione, sed *propositione*, quæ aut eadem cum textuali, aut textualis *πρόσθετα* est, discrimen methodi recte petitur: quod si negligatur, deductionis debitæ (nam inde oriuntur dispositiones fluctuantes, excursions intempestivæ & transitus inconcinni, vid. Caussin. de Eloqv. Sacr. & Hum. l. 10. c. 6.) dispendio hanc præcipitantiam vindicat; docetque & hic valere illud (ap. eund. Caussin. l. c.) Plinii: *arbitror ordinem* [addo, rite, ut ostendi, *distinctum & observatum*] rem unam esse, è qua toti orationi plurimum afflari soleat lucis, gratiæ, jucunditæ

ditatis. Inde etiam tot circa Methodum
solicitudines ; quas tamen sponte præ-
termitto, cum Analytica & Synthetica
universalitatem jam satis asseruerint alii.
Vid. B. Carpz. Hod. M. 1. Aph. 6. §. 5.
ubi quoque variis formis utramque Me-
thodum involvi juxta Forst. Gerh. Hullf.
&c. asserit, & quæ cæterum, circa alias
Methodi divisiones inculcari possunt,
subnectit, ut solet, brevibus, at nervo-
se: ex eo ergo videantur reliqua.)

§. 13.

Adplicatur Methodus una cum dispo-
sitione certis partibus, quæ sacra oratio
absolvitur, suntque 1. *Exordium*, cujus
scopus attentio & benevolentia; quam
excitare sibi conciliare in Auditoribus
merito laborat Ecclesiasticus Orator.
Nam ut in se efficax verbum, non e-
gens adminiculis humanis, ob *συνεπι-
νοηδίας* tamen, ne efficaciæ huic à parte
iplorum audientium ponatur obex, dan-
dum aliquid est insinuantibus, è quibus
ulterius attendendi desiderium exurgat
(vide aliqua huc facientia ap. Danh.
Hodel)

Hodos. p. 4.) Quam ad rem non parum confert præ cæteris convenientia cum scopo & textu, ne alia videatur jamjam exhibita in exordio, alia in tractione sequatur concio. (virtutes cæteras discite item ex B. Carpz. M. II. Aph. I.) Atque ea quærenda quidem tum in Generali, quod vocant, si id extraordinarium, tum in speciali, quod tamen propius illo ad propositum reclinat. De Generali dico: *si id extraordinarium sit*; eoque noto esse aliquod consuetum s. fixum; idque indicat convenisse nos ad audiendum DEI verbum, confitetur imbecillitatem nostram in spiritualibus, ideoque ut implemus DEI Spiritus S. adstantiam jubet; hæc summa ejus; quæ & a non paucis in ordinariis, præcipue hebdomadalibus, concionibus, iisdem repeti solet verbis, & ut repetatur moneri: cui consilio subscriberem ego quoque, nisi itidem rediret in mentem negligentia hominum, quibus quotidiana vilescunt. Proin quoniam hoc singulare habet præ Exordio speciali Generale, ut inflam-

mar-

mandæ devotioni, ad attentionem divinitus impetrandam necessaria, det operam, puto novis semper nervis opus esse, velut flammulis penetralia ipsa afficientibus, quo ardentius ad DEum extollantur. Cæterum specialis Exordii fontes passim varii variis aperiuntur: commendatur præcipue descensus à Thesi generali ad specialiore[m] & hypothesin s. in factis s. in promissis s. in comminationibus &c. quanquam etiam temporis, loci, personarum ratio non incommode habeatur: ea vero, in quibus textus deprædicatur materia (quæ rariora sunt) optime usurpantur, si a dicto exordiamur parallelo, ne fortean præripiuntur alias tractationi destinanda. [vid. B. Carpzov. M. II. Aph. I §. 4. Conf. Caussin. c. I. L. 6. c. 7.] Dicti paralleli, dum memini, nequeo illud non addere, quod a dictis & Historiis Canonicis rectius, quam Apocryphis; non æque convenienter, adeoque optime, si rarissime, a profanis s. adagiis s. sententiis s. narrationibus depromantur exordia: is enim demum docet,

docet, ut Doctorem Sacrum decet, qui ipse ducitur (imprimis in fundamentalibus) a Spiritu S. Quod reliquum est, inventio evolvit. Unico igitur adhuc observato de transitu ad Propositionem eam, enarratione textus haud pratermissa, ita debere institui, ut prompte quasi fluat ex exordio ipso: poterimus quoque transire hinc ad Propositionem.

§. 14.

Nam est ea altera orationis sacra pars, atque illud punctum, ut sic loquar, Archimedæum, ex quo tota verti dirigique valet, concio & verbis ea (NB. de artificiali in primis loquor, naturalissimæ constituentia refert §. 9, præced. n. 2.) si exprimat exordialibus, insignem mereri deprehenditur gratiam; Si fieri id commode nequit, cogitandum saltem est: Ipsam eo futuram gratiorem, quo minus remota adparebit ab Exordiali Sententia. Inter virtutes ejus reliquas rotunditas eminet brevitasque, sed perspicua: Ad quam obtinendam sub juncta confestim partitio non parum valet; cum, hoc pacto

B non

non requirantur ad propositionem omnes circumstantiæ, sed hæc exponi possunt in partibus subnexis. Hinc propositio Analyticæ Methodi non semper totum exhibet argumentum textus, sed quandoque Objectum saltem, quæque ad hoc restringendum præterea poscuntur, in partitione obfert, neque Synthetice Methodi totum locum communem confestim, cum eum se tractaturam ait, quoad omnes circumstantias delineat; in partitione referuntur, quæ speranda.

§. 15.

Partitio, quippe *tertia orationis sacre pars*, distributio propositionis est in ea, quæ proxime continet: utque debite instituat ac formetur, ante omnia ex Analyti Logica discit, num, quod propositum fuit, sit simplex, num compositum thema: Si illud, tot partes constituit, quot supra diximus e circumstantiis præcellentiores; Si hoc, primo loco id ponit, quod probandum, altero loco demonstrandi rationes. Nisi, quod non rarum, distincta adsint Objecta, quæ vix unum admittunt

tunt

tunt conceptum generalem, tum namq; tot partes fiant, necesse est, quot objecta talia occurrunt, & argumenta, quæ adhibentur, exprimenda veniunt in epitheto, idque per modum adjectivi objecto potest adjici. Atque hoc quidem potissimum observandum est in pluribus generibus aut speciebus (nam raro, inquit B. Carpzov. Hod. M. I. Aph. 3. §. 4. unus textus uno dicendi genere absolvitur, præcipue in Pericopis Evangelicis &c.) ubi quot genera aut species, tot partes. Scilicet, hoc modo textus partiti naturalis dispositio jubet. Artificialis vicissim cum (1) ordinem mutare dicitur, possumus ejus beneficio, ex Objecto aliquando duas, ex reliquis unam partem aut vicissim (inde vero variationes pendent non paucæ) constituere: Cum (2) Schemata amplectitur, videndum non obiter an termini schematici haud inferant torturam, citra quam iis uti integrum decorumve est quandoque, vel ipsa scriptura prævia (vid. Dannh. Hodol. p. 3. Theol. Consc. v. I. p. 1017.) sed, si obturent

rem magis, quam detegant, eligantur
 clariores termini, qui vel ratio quædam
 propositionis sint, vel propositionem a-
 gnoscant pro ratione; ac proin repetatur,
 post enarrata partitionis membra, princi-
 pale illud propositionis, in quo sita est in-
 ventio; nam & idem in aliis aliquando
 succedit (e-g. in die Annunciation. Ma-
 riæ, sumpta anfa ex 3. Reg. VII, 9. pro-
 ponatur: *Dies boni nuntii*; secetur Evan-
 gelium in enarrationis circumstantias, re-
 tineatur, non attento in ipsis partibus bo-
 no nuncio, diei saltem terminus h. forte
 m: C. l. sehe Jhn an 1. als einen H. Fest-
 Tag, 2. als einen grossen Wunder-Tag/
 3. als einen heilsamen Glaubens-Tag;
 Subjici poterunt hæc verba; Sie wirds
 befinden, diese Titul führt er alle umb der
 guten Botschafft willen; quorum ver-
 borum tamen deinceps quoque in dedu-
 ctione semper injicienda mentio) Plura
 & evidentiore praxis suggeret, cum hæc
 scribam Auditoribus ad praxin præpa-
 randis, quibus, si aliqua adhuc residua
 difficultas, facile poterit in discursu exi-
 mi.

§. 16.

Est propositio ac partitionis quædam adpendix, *votum*, quo Dei auxilium denuo imploratur. Quanquam enim effundantur preces sub initium, ubi suggestum modo adscendit concionator (usitatissime pene ex 1. Cor. XIII, 13.) quam etiam oratione dominica deinceps continuentur, cum tamen domus DEI, domus precationis, & opus, quod, exequitur perorans æque ac audiens, cœlicum omnino sit ac divinum, usus repetita quoque tertia vice preces comprobavit: utur ultimas sciam per methodum, quam vocant, annuam ab Excellentiss. meo in his Præceptore eo tempore, quo Lipsia ante sex annos abii, omittas. Cæterum posse etiam in votis attendi inventionem, Auditoribus demonstrabo.

§. 17.

Nunc ad quartam orationis sacræ partem, eamque principalissimam, quæ est ipsa *Tractatio* (vocat profani Rhetores confirmationem) proferendus calamus. Absolvitur ipsa (ad quam commodissi-

B 3 me

me accessus sit per egregiam eamq; propositioni congruam *γνῶμην* &c.) sensus *explicatione ac adplicatione* ad Locum communem, hujusque velut Usus, ad Auditorium.

§. 18.

Explicatio sensus nequaquam in verbis tantum est occupata. Tametsi enim non improbem ego, imo commendem potius quam maxime suppeditatum a Grammatica Analyti Onomatologiæ usum, cum multis ipse se commendet infinitionibus, modo ne negligentur, quibus Auditorio reddi gratus ipse cum reliquis queat, ex Oratoria flosculi (discursui hos reservo) attamen, *si desinas probe res ipsas, ac causarum, adjunctorum, fructuumque &c. ratione delinees, inspergens simul, ubi fieri id haud incommodè potest, moralia exhibuisti te tum demum laudabilem in suggestu Exegtam.* Atque hunc in finem succurrit Grammaticæ confestim Logica Analysis, jubetque recordari, in partes divisum esse textum, quarum cuilibet suum sit tribuen-

buendum. Inde illa, nominata modo, veræ exegeseos homileticæ, adminicula scopo textus & occasione, circumstantiis porro & argumentis, horumque subjectis ac predicatis &c. adplicat eo usque, donec sensum patere posse Auditorio constet. Quæ quidem res omnis clarius in praxi & exemplis, quam Theoria & Regulis monstrari potest: h. l. prægustum quendam suppeditare visum fuit. Duo non omittenda sunt; primum est, esse explicationis hujus, quæ alterum tractationis Membrum est, partem non infimam, *Textus vindicationem & conciliationem*, circa quam suadere non ubivis aulim indifferentem prolixas contra adversarios disputationes, aut sententiarum etiam diversarum relationes; hærent sæpe magis, quæ nesciri, quam quæ sciri debebant; ne allegem attentionis & patientiæ in Auditoribus imminutionem (vid. Carpzov. Hod. M. 2. Aph. 5. Ubi etiam *consilium de celanda arte*, veraque *paraphraseos legitima*, quæ non nuda vocum metapharasis est, explicatio invenietur.

tar. Vid. item B. Hülf. qvi Orat. c. 9.
 §. 6. modum deducendi thema per argu-
 menta textui insita non minus quam
 aliunde assumta: it. §. 7. amplifican-
 di rationes allegoricas §. 9. Anagogicas
 §. 10. ex locis personarum & rerum &c.
 satis clare evoluit, e quo proin plura de-
 promi possunt.) Secundum est, textus
 explicationem non obtinere tantum in
 Methodo Analytica, sed etiam in Syn-
 thetica. Quoniam enim in illa plus
 eidem dandum; quoniam tamen in hac
 locus communis aliquis aut textus conse-
 crarium qpropositum fuit, ideo ipsa expli-
 catio ostendere deductionis fundamen-
 tum debet, ne quid, præter ansam a tex-
 tu suppeditatam, dixisse videamur *damit
 es nicht heisst, wir haben den Text zu Hau-
 se vergessen.*) Imo eo accuratius ipse
 textus est distribuendus, quo distinctius
 monstraturi sumus, id, quod propofi-
 tum est, omnino inde fluere (vid. iterum
 B. Carpz. c. I. in specie § 7.)

§. 19.

Adplicatio ad L. C. doctrinas, adhor-
 tatio-

tationes, consolationes &c. (vid. anteced. 5.) e textu effert, non in eum infert; & duo imprimis, *bonam* videlicet *consequentiam*, & *prudenter selectum* requirit (a) *Quoad illam*, bene distingvenda sunt Confectaria heterogenea, id est, quæ e qualibet textus particula fluunt, ab homogeneis, quæ ipsi textui adequate respondent s. subjiçiantur toti textui s. membro cuilibet partitionis, post explanationis sibi debitam consummatam partem. Illa (heterogenea) rectius inlperguntur explanationi, tanquam moralia (de quibus §. anteced.) Hæc (homogenea) primum argumentum petunt e textu, dein aliunde assumpta argumenta postulant: atque ob hæc nonnunquam consultius credo partiales seu partibus; quam totales seu absolutæ totius textus explanationi subnexos adhireri usus, quod hi, si prolixius deducantur, videantur tandem recedere a textu, si brevibus, nimium censeatur datum exegesi: Cui utrique, quasi seu defectui s. excessui, mæderi illi partiales, velut temperatura quædam,

B § dam,

dam, possunt. (b) Quoad hunc (selectum) eadem observanta, quæ in electione ipsius textus; hinc de *Chrystomi homiliis* B. Carpzovius (Membr. 2. aph. 6. c. 3.) in iis ait, *videre licet, quomodo vel planè ab abstrusis & subtilibus questionibus abstineat, vel si quid huiusmodi dicendum, quam commodissime ad populi capium id faciat, sed solum in moralem sensum ferme ingerat.* Scilicet, ulla si in re, sane in hac concionis parte verum est, *primam eloquentia (sacræ) partem esse prudentiam* (Causin. de eloq. Sacr. & Hum. Apol. Cicer. c. 22. p. 124.)

§. 20.

Præter jam dicta, de Adplicatione, adhuc observandum (1.) eam a Synthesi quoque postulari, modo ne educatur e textu aliquod ejusdem generis consecrarium, quod id heterogeneousum sit futurum (quæ observatio tamen spectat etiam Analyticam Methodum, ut in discursu pluribus sum moniturus); neve abeat quoque longius a Loco communi vel themate proposito. (2.) Eam comprehendere sub se non tamen e textu eductos

lo-

locos communes ac themata: verum etiam horum ad Auditorium adplicationem (§. 17.) quæ Posterior illis tanquam fundamentis recte subicitur; imo ubi eductio illorum locum non habet (de qua re hoc iqso §. dictum) ejus vicem ipsa jure meritoque subit, ut quod omnes spectat, etiam ad se pertinere, qui præsentés sunt, colligant. (Quæ sint in hac adplicatione Usus ad Auditorium attendenda; quomodo in Didascalis provocandum ad Catechesin & Confessiones nostras &c. habet Beat. Carpz. Memb. II. Aph. 6. §. 6. circa eparnorthosin inprimis singularem poscit prudentiam, quod præd probe notandum.)

§. 21.

Quinta & ultima Orationis Sacræ Pats est *Epilogus*, qui si rite recteque comparatus est (vid. B. Carpz. Membr. II. Aph. 8.) hoc gratior habetur, quo rarius, qui bene ordiri, pariter tempeffive finire sciunt. Sunt ejus decora potissima, *brevitas & acumen*, atque posterius quidem ideo laudatur, quod nemo finiturus non

B 6 desideret

desiret merito, aculeos intimis auditorum pectoribus relinquere; Cavendum saltem, ne aut nimis affectata aut sæpius usitata intercedant.

§. 22.

E hæc de Partibus monenda erant. Restat *Inventio*, ad quam principaliter in his præceptis respicere volumus; estque ipsa modus commodus & non inelegans absque ullo pene negotio excogitandi & colligendi dispositiones unius textus varias, de quarum alias penuria ac difficultate, querelæ non infrequentes inaudiuntur. Possunt egregia, quæ huc spectant, ex maxime Rev. Carpzovii variationibus unius dicti (e Psalmo 14.) ad centenarium usque numerum continuatis, addisci. Sed enim nunc juvat juvare eos, quorum non est omnes variandi modos tam facile penetrare, atque ideo jubeo ipsos refugere ad Concordantias, tantum Germanicas, inque iis eminentem præ cæteris in textu vocem evolvere, non deerit, quo exordietur quisque concionem, perque quod a naturali forma suppeditantur pro-

propositionem vestiatur. Vocem illam
 sive etiam phrasin integram Analysis
 Grammatica offeret ea sæpe copia, ut tot
 prope dispositiones pateant, quot voces,
 imo de una voce sæpe plures. Interdum
 vox talis in Concordantiis evolunda ex-
 cerpitur rite e circumstantiis temporis,
 loci, personarum, item ex fontium inspe-
 ctione, nec non collatione antecedenti-
 um consequentiumve: Atque si paulo
 generalius dictum inquiras, quo alteru-
 ter tuæ propositionis terminus continea-
 tur, pari pene ratione reperire poteris Ex-
 ordium Generale: me, quod certo af-
 firmare possum, hoc consilium inve-
 niendique medium nunquam deseruit.
 Provoco iterum ad Praxin, in qua caute-
 læ quoque patefient, quæ advertendæ
 sunt, ne textus videatur accommodan-
 dus esse Exordio, cum Exordium accom-
 modari textui debeat.

23.

Si absoluta forent ad unicum orna-
 tum usque ea, sine quibus Exercitium
 Concionatorium suscipi nequit, si non

B 7

omni-

omnimodis certe non commode. In ornatu autem præsuppono figurarum Rhetoricarum notitiam, aptitudinem item excogitandi prompte similia ac compata &c. De Rebus ipsis vel tribus ajo, si dicta quædam, ut vocantur Patristica, si item Historias in textu sacro non consignatas, si Gnomas etiam Ethnicorum usurpare libeat, debere hoc quidquid est propositi, ita institui, ut nisi priora duo propius accedant ad scripturam, tertium in Concione ne excedant; posteriora rarius adhibenda & non nisi ad incutendum Christianis pudorem. Cætera de Auctoribus (quos inter tamen quoad similia præ omnibus maxime commendari solet B. Geierus) de amplificatione rerum &c. lubentius edisseram, quam nunc scribere placet; verb. exponam audientibus, quæ velim.

§. 24.

Antequam finiam, Sciagraphiam exempli promissam nunc subnecto, & quandoquidem, cum hæc primum scriberem, meditationes meæ dirigendæ erant

rant ad Evangelium Dom. VIII. post
Fest. Trinitatis, illud exempli vicem sub-
ire jussi: legitur textus Matth. VII. a v.
15. usque ad 13. incl. eique Parallelum
est Luc. c. VI. a v. 23. usque ad 46. ipsa
verba exscribere non opus; præripere-
tur charta reliquis. Prima nunc cura e-
rit circa notitiam textus naturalem occu-
pata, quæ impetrari satis clare ut hoc lo-
co queat, objectum cum suo tractandi
modo erit conjungendum (juxta §. 10.)
a quo tractandi modo ad Genus ac proin-
de speciem facilis patebit aditus. Sunt
objectum Pseudo-prophetæ, qui veniunt
ad vos in vestitu ovium &c. qui si eodem
modo considerarentur, ut forte 2. Cor.
11, 13. ex a contextum spectato, Dida-
scalam nobis indicarent; si apud Jerem.
c. 23, 9. Epanorthosin; sed quoniam
h. l. ab iis cavere sibi suos Christus jubet,
ideo insinuat hic tractandi modus *Genus
Padevricum*, ejusque speciem *adberta-
tionem* (per §. 4. & 6.) Argumenta, quæ
probant, partim a cavendi possibilitate,
partim a sententia judicaria, Christo
igno-

ignotos eos pronuntiatura in die illo, unde cavendi necessitas claret, videntur deprompta; quamobrem thema quidem, etiam si vel sola adhortatio argumenti loco foret (per §. 8.) compositum erit, prohibetque hæc enunciatio. Pseudoprophetæ ab Ecclesia omni studio cavendi sunt. Ratio; (1.) quia Christus, ut caveamus, hortatur; (2.) quia idem præscribit certa gnorismata, unde cavendi studium facilitatur; (3.) quia ignotos sibi Christus pronuntiabit in die illa; unde ad istud studium, quisque impellitur,

25.

Porro; si evolvamus enunciationis subjectum & Prædicatum, explicantia (quippe quæ in resolutione compositi quoq; Thematis inveniuntur, hinc de themate simplici habet axioma §. 8. In quocunq; textu sunt *saltem* explicantia &c.) aperient. Ubi (1.) qui cavendi? suntque ii Pseudoprophetæ, quorum tres classes annotat tertianque huc spectare docet Harmon. quat. Evangelist. a B. Gerhard, absoluta (in h. l.) (2.) a quibus cavendi-

veni-

veni? suntque Sancti Dei in Ecclesia Dei (nam ad universam pertinere Christi Ecclesiam, quicquid hoc loco jubet Christus, ostendit Harmonia, modo allegata:) (3.) quomodo cavendi? estque motus e verbo *προειχθη* cum ipsis predicatis falsorum Prophetarum collato, evolvendus; cavere videlicet ab iisdem nobis possumus (a) non agnoscendo eos, pro nostris quando sub assumpto boni Prophetæ nomine se ingerere conantur (β) non admittendo, quando divinitus injunctum sibi adventum jaclitant; (γ) non credendo, quando sub ovina simplicitate rapacitatem lupinam contingunt. &c.

§. 26.

Pari modo procedere licet imò decet in propositionibus & illustrationibus argumentorum. Videamus enim (a) possibilitatem cavendi; observatâ circa eam præoccupatione: *Objici posse, unde cognosci queant, si eam callide sciant; quid in recessu sit, velare, responsoque de certognonismate, quod suppeditasset Christus,*
sub-

subnexo, videndum erit (1) quod illud gnorisma sit? Ventiqve nomine fructuum, tum doctrinam (confer Lucæ verba de bono thesauro ex bono corde, & malo ex malo corde &c.) tum vitam (sic enim bona opera Apostolus vocat fructus Spiritus Gal. V, 22. Eph. V, 9) significantium. (2.) cur istud gnorisma sufficiens credi possit? Id deducitur per simile continuatum de arboribus & plantis &c. ex quo simili hæc velut Regula: Non cognoscitur arbor ex flore aut externâ qvalitate, sed ex fructu, adeoque efficaciâ interna, à qua fructus prodeunt (3.) quomodo istud gnorisma verè adplicandum? Respondeturqve rectè, fundamentum jam jactum esse in Regula, inde respiciendum ulterius; partim ad circumstantias operum, imprimis ad quæstionem: Cui bono? Partim etiam ad connexionem operum, quæ fructus quasi trudit fructum &c. quorsum simile de arboribus citreis, quæ eodem tempore maturos & semimatos fructus unâ cum floribus exhibere scribuntur. &c.

cen-

confer commentat. passim. Sed videamus (b) quoque necessitatem cavendi: quæritur. (1.) quis eam insinuet? Resp. Christus iudex in illâ die (2.) quales illos describat? Resp. non facientes voluntatem Patris sui, qui est in cœlis; interim jaclitantes multa bona opera &c. (3.) quæ usus sit in sententiæ pronuntiatione formulâ: (1.) Non novi: (2.) recedite abs me; (3.) vos operarii iniquitatis, quid clarius hisce?

§. 27.

Restant illustrantia, quæ, quæ textum spectant, facile eruantur; ut sunt similia, ab arbore, ejusque fructu &c. sermocinationes hypocriticæ Pseudoproph. & judicariæ Christi; prospiciendi prudentia & operatio iniquitatis &c. quæ ad amplificationem pertinent, iudicio Oratoris Ecclesiastici relinquuntur.

§. 28.

His vero omnibus ita resolutis præmitti debuisse Analysin Grammaticam non ignoro; præsuppono tamen eam in Bakii aliorumque Analysibus Evangeliorum

orum, ut Commentatores ne alligemus, quos prius legendos esse, & conferendas in vocum scrutinio Concordantias, non potest quenquam Dni. Auditorum, s. ex præceptis s. ex discursibus monitum observaverit, latere. Ita naturalis textus hujus notitia in Sciographiâ quâdam inquisita fuit.

§. 29.

Ad artem ut transeam, naturalissimam primam pono Propositionem, quæ ita habet: Adhortatio Christi ad cavendum Pseudopphetas: Partitio naturalis (1) adhortationis Objectum: Das ist, die Falschen Propheten, da wieder Er vermahnet (2) adhortationis argumenta, das ist, die Gründe darmit oder wodurch Er wieder Sie vermahlet. (per §. 15.)

§. 30.

Atque hæc Propositio est regula omnium reliquarum: quomodo tamen ulterius sit in arte adplicanda Partitio, monstrabo in discursibus: Interim aliqua patebunt è doctrina de eadem (§. 15 modo allegato) saltem in Syntheseos gratiam

tiam Confectaria è textu adhuc brevibus
eruenta.

§. 31.

Didascalica sunt e. g. (1.) sine dissidi-
& inestationibus &c. non potest esse
Ecclesia: ideo enim adhortatur Christus,
ut caveant pii sibi ab iis, qui Ecclesie in-
sidias struunt &c. (2.) Convenit quoque
Auditoribus iudicium de Doctoribus, ex-
emplo etiam Thessalonicensium Act 17.
3) Bona opera sunt ad testimonium sin-
ceritatis in fide propter proximum neces-
saria &c. Elenctica sunt e. g. (1.) Pon-
tificiorum error de Ecclesie nota, quam
externam faciunt felicitatem (2.) de fide
implicita credo quod Ecclesia credit &c.
Pædevtica sunt e. g. (1.) adplicatio im-
mediata ipsius textus; (2.) ad proban-
dum omnia & tenendum, quod bonum
est, ad fugiendam hypocrisim &c. conso-
latoria sunt e. g. eorum, qui hic con-
temptui habentur, quod æque non pos-
sint superbire fructibus, ac hypocritæ
&c. DEUS illos agnoscet in illo die, cum
rejecturus sit hypocritas &c.

§. 32.

Sed pro Sciagraphia hæc sufficiant. Ad declarationem dispositionem commodius suscipiendam clausulæ loco adpono eam, quam nuper publice exponens hoc Evangelium ipse adhibui. Respexi ego ad hypocrisis generarim, & ideam ejus quæsi in Pseudopphetarum a Christo data delineatione Procerium suggestit Esaias c. 59. 9. vom **Schein und Dunckel**; Cujus miseræ causa erat, quod Jerusalem in suis tenebris exteriorem saltem sectaretur splendorem, qui uti ab ejus incolis, ita a plis omnibus maxime fugiendus. Exordium e 2. Tim. 3. 5. hauriebatur de hominibus qui speciem pietatis iactant, sed vim ejus abnegant; quorum ideam poteramus ductu Evangelii præsentis sistere. Hinc Propositio; **Der Schein des Gottseligen Wesens, ohne Krafft/ wie er**

1. gar schön in die Augen fällt;
2. aber hinter sich viel Böses verborgen hegt.


3. ein

3. ein schreckliches Urtheil von ewiger Finsterniß empfangen wird.

Prima pars exhibet hypocriseos externum nitorem; secunda internam eisdem qualitatem; tertia sententiam in ipsius cultores dictam: Eo omnia sine, ut inde discamus cavere nobis a Pseudoprophetis, cavere item ab hypocritis. Faxit Ter optimus, ut caveat quisque sibi ab iisdem optime. Hic etiam benignus DEUS labori nostro benedicat, ut Pater celebretur in Filio per Spiritum S. Amen.

FINIS.






die Hand biete/ mit gr

¶
Nō differētia ratio sacra à civili nisi ratio
Siquidem p̄ta eadem sunt: p̄suadet orator
civilis: loquitur et dicitur: Si docet
Dialecticè interpretando rationes sequitur
Duplex p̄ta ratio sacra p̄suasori p̄sunt.
ut dicitur et p̄suasori: atq; hanc dicitur
diverim quid è in oratione sacra. Quamvis
in civili didacticum genū aliquor̄ conent:
fatescunt Rhetoricor̄ ō p̄tinet: ut ut: neq;
didacticam orationem dicitur ornari cogi:
bis oratoris posse: ut ornari q̄dem potest
hac in parte Oratio sacra imo debet sine
iura nimir et maxilenta videtur. In loy-
hof: Polyh: Tom. I. lib. VI. c. IV. 4. 1.

Caspar Fidler Cantzsch Dismund
obra Dispositiones in Evangelia
8. Lugz. 1692





die Hand biete/ mit gro
n stosse/ und frisch lärm blasen
Blutbergiessen je mehr
nach dessen soll diese seyn/ d
Propheten/ Enthusiasten/ Weig
hre Gesichter und Offenbarung
den Können bescheinigen/ die auff
Aber diß heisset woll eine unwarh
aut des Sprichworts: **A**ls Häuß
einer bösen sache gehöret viel spi
und ihre Spießgesellen Können ih
us meinen zefährzten argumen
behaupten/ als es der leidige Sato
3. Engel Gottes kan beweisen/ daß er
Abfall von Gott/ ne² gleich zeb
meine argumenta nur al² in für die gu
ungen: Wie Können dann die bösen S
dadurch bescheiniget werden? Will
eit seines verkehrten Sinnes/ keinen
öfen/ des Riechtes und der Finstern
ffen? Oder stehet er in dem irrwahn/
enschafften habe mit dem Riechte? S
varheit!
Wie es dann 5. auch eine sche
n Herrn Theologis Gryphis
so wenn ihnen die dedication mein
ungenehm gewesen were. Denn das E
hree Schriftlichen attestacion, in
et haben/ darthun und beweisen.
rth der Stadt Hamburg kein ein
willens/ so aus meiner g. s. chebenen





Regional-
bibliothek
Neubrandenburg

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1014942098/phys_0056

DFG

80
major & ...
jusda ...
Doctoris Ecclesie, sive etiam saltem
amen etiam parcè.

Form ...
di hic non tam ornata
requiruntur ...
earumque mu-
tuam cohere ...
liqvas, maximè
interferui-
mus.

Quod ad concipiendi, ut
net, incipientes totam concionem
charta subjiunt tum memoria
ctiores saltem membra & contenta
cum dictis uti charta, ita memoria comm

CLIII.

Memorandi verò optimum adminiculum est, re-
benè in intellectu cognitae atque perspectas habere,
& corde vitæque sensibile prius atque excoluisse ipsum:
tum apta dispositio per omnia: porro apta conne-
xiones: tandem & ipsa scriptio.

CLIV.

Pronunciatio denique & Actio omnium optimè fi-
unt, prout à Deo & naturâ cuique datur: affectata
enim & coacta maximè ad aliorum exemplar ingra-
ta. Uti tamen omnia, ita & ipsa præceptis non mi-
nus, ac usu ipsò, possunt & debent excoli.

CLV.

HOMILETICA.

CLV.

Utraque sit neque nimia neque nulla, sed media,
temperata tamen ad locum, res, partes, singulasque
periodos, imò voces, jam sedatior, jam concitator,
prout se ipsa habent v.g. in Exordiis sedatior me-
gero, in tractatione concitator, in usibus conci-
tatissimum: ita docentia lenius, argumentosa & mo-
ventia fortius ex primo: emphaticas periodos, ipsa-
que emphatica, singula quoque, verba etiam cum
emphasi vocis & gestus effero.

CLVI.

Tota concio conjunctim sic ex ordine exurgit &
dit. Primò quidem, si textus est arbitrarius, eli-
rem Canonicum, maximè tempori, statui audi-
cumstantiis aliis convenientem, juxta §.
Electum post *resolvo*, juxta §. LII. &
dispono, juxta §. LXXVII. seqq.
ligo Exordium (speciale) commo-
Post Exordium etiam *usus*
& ultimò de primò h. e.
ta §. XXI. seqq. Hæc
que omni ...
ipio, vel charta et-
iam subjioc.
alia aut subdivi-
fiones aliaque in ...
sim annoto.
Quibus factis, elaboro
um mem-
brorum *aggredior*, in ...
juxta §.
X XII. IL. *Tractationis* ju-
juxta §. CXXV. seqq. quò per
eundi, & alia hinc inde adpersa.
mando, juxta §. CLIII. memoria m
ata

F

